

tantum abest ut, si abeant, ego censeam eos in eo stulte facere, quin imo stultissime, si non abeant. quare iam consilii mei rationem hac in causa tibi pandere tempestivum puto. ego enim, ut et ipse^(a) scis, publico munere fungi soleo, vacoque sacris canonibus interpretandis atque perdocendis. nunc igitur, hoc ipso officio pre dira lue que Patavium opprimit intermisso, quia ferie sunt apud nos omnium studiorum, quid facerem Patavi, ubi non possem inter merentes tristis non esse, nec inter afflictos non commoveri? atque ut possem, haud tamen existimarem id esse humanitatis. et hec ipsa
 10 ne cui forent utilia, michi vero permolesta. tum istic deseruissent mea studia, que, ut tute noscis, exigunt ab omni perturbatione liberum esse animum, sui compotem et expertem omnis cure, tum multa requiete et hylaritate gaudentem^(b). quibus ex causis legi penes illustrem oratorem et vatem F. Petrarcam, quem tanti
 15 facis, eundem vitasse loca pestifera^(c), iisdem ego in hoc Montisilicis munitissimum oppidum me transtuli, terram, ut ferunt, antiquam sed, quod litteris extat, quondam^(d) milicia florentissimam^(d). sita est ameno monte paulo^(e) erecto. eidem orientem versus atque septentrionem planities uberrima. ad meridiem et occiden-
 20 tem feracissimus mons adiacet. cui monti ab eventu fertilitatis Montirichonomen est. seiungitur a Patavio non amplius passum decem milibus. et hunc quidem locum petii quia sospes, magis tamen ut liberum ocium studiis impartiar quam ut mortem per-

Per venire a sé, poichè le lezioni nello Studio di Padova, dove insegna il diritto canonico, sono ora interrotte in causa della peste,

laddove, se egli vi fosse rimasto la sua angoscia non avrebbe recato alcun giovamento a chicchessia, ma solo danno ai suoi studi, i quali abbisognano di grande tranquillità e festività d'animo; seguendo l'esempio del Petrarca,

s'è riparato a Montselice,

cittadella posta sopra una collina in mezzo ad una plaga fertillissima,

e non lungi da Padova.

Scelse quel luogo perchè sano, e più per attendere in

(a) *M* ut ipse (b) *M* gaudere (c) *M* quodam (d) *M* florentissima (e) *M* monte per vim (?) erecto

(1) Che il timore della peste consigliasse il Petrarca a intraprendere tra il 1348 ed il 1351 quel lungo suo pellegrinaggio attraverso le città d'Italia, e nel 1361 a lasciar Milano per rifugiarsi dapprima a Padova e poi a Venezia, è cosa oltremodo probabile; vero è però che in più luoghi delle sue epistole egli nega ciò, affermando la fuga dai luoghi infetti esser una precauzione inutile (cf. *Epist. ad Fam.* VII, x; XXII, xii: «ut ego pestem fugiam, quae hactenus «urbem hanc terruit potius quam in-

«vasit, quot sum alia, quam diversa «mortis spicula, quibus assequitur fugientes, et quorum forte plurimis «subductum, uni caput obicio»; *Sen.*, I, vii (ed. Fracassetti): «unum hoc «tibi tueque sollicitudini notum velim, «me aliam licet ob causam iam im- «plesse quod mones, et pridem Patavio «ubi pestis invaluit digressum Vene- «tias petiisse, non ut mortem fugiam, «sed ut quiescam, si qua in terris est «requies»; II, ii; III, ix; e *Met.* I, xiv).